

126 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

S. Petrus
Damian.

S. Hieron.

Job 40.18.

S. Gregor.

Josephus.
Per origina-
le peccatio-
nem humana-
vita fluviu-
munißimus
in origine
sua, detur-
patu.

S. Nazianz.
S. Isidor.

Arcæ testa-
menti Ma-
riam prefig-
nabat ab
originali
peccato im-
munem.
S. Bernard.

481 Ut primum vero divina adfuit Arca, majestatem ejus reveritus Jordanis, præcipitem compressit undarum cursum, labentesque reduxit retro flutus, gelidusque retrorsum tertius abscessit fluvius, inquit Nazianzenus in Præceptis ad Virgines. Undifluis fluctibus, qui præcesserant, in mare reconditis, hinc exaltatis, qui substiterant, & in aethera fastigiatis, ait Isidorus in Illustratione Missæ de Epiphania Domini. Porro Arcam Testamenti, Mariam nuncupant plerique Patres; seorsim Bernardus, nec sine eximia Immunitatis nota, in Ser. de ejus Laudibus, ubi sic scribit: *De liginis Setim condita est Arca, in qua Thibribulum, Manna, & Vrba sum recondita, quia licet Maria de Patrum natura per peccatum vitiata duxerit originem; præelecta tamen, & præservata ad purum, Deum nobis protulit & hominem.* Sic ille in Serm. de B. Maria: ubi quod illam Arcæ confert, ex Setinis tabulis compactam, rationem explicat; quia B. Virgo de spinola Patrum origine fuerit orta; et enim Setim, idem quod spinæ, memoriamque reficit primi peccati, in cuius supplicium, spinæ dicuntur mortuorum Genef. 3. 18. A quo quidem & scelere, & suppicio immunem, Virginalem Arcam assert Bernardus; quia, licet ex spinosa Patrum stirpe prognata, oppido tamen per Spiritus sancti gratiam præservata est; sicut

olim consecrata fuit Arca, sacro uncta myrrino unguento, præservationem præludente. Propius ad rem S. Joannes Damascenus in orat. 1. de Dormitione Deiparæ, illam sacrae Arcæ confert; medium Jordanis dividenti alveum, turbidumque irruentum undarum impetum cohidenti. Quid enim audiret flumen, cœnosam Adami, atque Adamitarum generationem significans, Arcam, Mariæ umbram attingere, quam purissimæ originis futuram, quam à lutulento peccati defluxu immunem, divina virtute perfertiscescere? Sed hoc ali urgebunt acrius.

482 Illud hoc loco observandum suscepimus, B. Virginem ex veteri Patriarcharum stirpe per XLII. generationes, quasi Arcam per totidem Maniones, in Jordanis locum, veluti in maternæ Conceptionis alvum devenerit. Ea porro deveniente, flumen immanni prodigo confluisse, vel potius ad tantæ Arcæ præsentiam, obstupescit refluxisse, fluentiumque, ac refluxum undarum vorticibus, in rigidum sese aqueum montem conglomerasse: Steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescentes, apparebant procul ab urbe, que vocatur Adom, usque ad Sarthan. Josue 3. 16. Neque vero refluxus miraculosi terminus otiosè obseruatus, vel inconfutò proditus, ad quem usque tanti prodigi pertinuit spectaculum; nempe Adom, & Sarthan, quæ compresi Jordanis, atque, præ Arcæ veneratione, regredientis testes extiterunt. Porro Adom, urbem iuxta Tiberiadis flagnum agnoscunt Mafius, & Serarius; quibus & Marianæ non displicer lectio Complutensis, qua pro Adom habet Adam, & quemadmodum legit etiam vulgatus nostrarum Josue 19. v. 33. Sarthan vero oppidum in Tribu Issachar, ad radices Iezrael inter Scythopolim & Legionem statuit S. Hieronymus in lib. de locis Hebraicis; & id nomen Tribulationem eorum, interpretatur in lib. de Nominibus Hebraicis. Quoniam igitur arcano mysterio, ingrediente Arcâ, lutofus Jordanis alveus emundatus est, flatumque cursum ad Adam usque & Sarthan fluvius reduxit; nisi ut significaret, Mariam quidem, quæ per XLII. Proavorum generationes, veluti per totidem Maniones illuc usque devenerat, turbulentis lutulentæ generationis, ac coenosæ conceptionis fluctibus minime fusile involvendam? Mirati nimur fuisse Adam, & Sarthan, Humanum, inquam, genus, inter tot fœdissimos turbide generationis fluctus, obstupuit, tum Jordanis præcipitem compressum impetum, tum discissum fundum, Divinæ Arcæ gratiâ, subito fusile exsiccatum, uidoque expurgatum, atque emundatum limo, ne qua supereesse posset suspicio, progradientem Marianam Arcam obliudam, lurulandam, ac vel levissimâ fusile labe folidandam. Pulchra quidem prosopopœia, Jordanis, dum signanter ad Adam, & Sarthan cursus retraxit, dum humanæ generationis limosum fluxum ad erumnosum usque Adamum retulit, aliam longè diversam fore Mariæ generationem, & conceptionem testatus est: ex Adamo quidem, & post exactas XLII. Progenitorum aliorum mansiones, in communem humanæ generationis alvum ingressuram, sed tamen communibus ejusdem generationis folidibus minime defordanam. Ex utroque igitur loco Numer. 33.

Ingressus
Arcae in For-
danis al-
veum desig-
nabit in
gressum Ma-
riae in An-
te alvum; flu-
minis reflu-
xus revere-
batur ejus
immunita-
tem.
Josue 3. 6.

Pars II. ad V. 5. 127

& Josue 3. additâ SS. Patrum expositione, institutam assertionem colligimus, B. Virginem ab Adamo, Abrahamo, Davide ac cæteris deinde proavis naturalē originem repetere; sed divina favente præservatione, à peccati originarii maculis immunem.

SECTO XVII.

Piscatoria linea, & armilla, quibus Job Leviathanum captum describit, generationem B. Virginis præfigurabant, non sine aliqua Immunitatis notatione.

Ad Job Cap. 40. v. 20. & 24. *An extra-
here poteris Leviathan hamo, aut fune li-
gabis linguam ejus? Nunquid pones circu-
lum in naribus ejus, aut armilla per-
forabis maxillam ejus?*

*Nunquid illudes ei quasi avī, aut ligabis eum
ancillis tuis?*

483 **S**I usquam alias nobilem aliquam Diversus Jobus edidit prophetiam, propter quam illum S. Augustinus eximium compellari prophetam, in lib. 2. contra Pelagianos; vel ob hoc unum vaticinium, illufrem certe commerari potuit. Prophetæ notam, quo mysticam Leviathanis pificationem, aptaque punctionis instrumenta prædictit. *An ex-
trahere poteris Leviathan hamo, (ait Domi-
nus,) aut fune ligabis linguam ejus? Nunquid
pones circulum in naribus ejus, aut armilla per-
forabis maxillam ejus? Nunquid illudes ei,
quasi avī, aut ligabis eum ancillis tuis?* At ego vero egregium meditor pescatum, quo immane monstrum non arduis expugnam bellorum machinis superbissimum, sed abjectissimum renui deludam lineam, atque minutissimum veluti pesciculum leví quādam exagitare armilla, quibus strenue distractum Ancillæ illum meum propinabo ludicum.

484 Leviathanis nomine, ac symbolo, flygium exprimi cetum, juratum humani generis hostem, nefarium primi sceleris auctorem, compluribus testimoniis, & argumentis latè alibi probamus. Porro vastissimum hunc Dracōnem, qui universum Mundi Oceanum fœdis infestabat cladibus, trajecto aliquando hamo strangulandū, injectaque rectius armilla, multa perdomitum, ac pervictum exagitatione, ad littus tandem linea Piscaria cogenitum, puello, ac puellæ; Iesu, & Mariæ, iusconi futurum, paucis explicatū venimus. Sed quæ hæc linea, quisnam hamus, quæ Felix armilla, quibus tantum facinus patratum est?

485 Piscarium Jobi linea S. Gregorius lib. 32. Moral. cap. 9. Genealogiam Mariæ, & Christi, sapienter interpretatus est: *Cum dicatur, Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, cumque ceteri successores, usque ad Mariam Virginem deponsatam, describuntur, quasi quædam linea torquetur, in cuius extremo incarnationis Dominus, id est, manus iste ligaretur, &c. quibus latè & carni escā, & divinitatis distinguit aculeum, & universam persegitur Leviathani capturam.* Eadem est explicatio S. Athanasii quæst. 20. variarum, Bedæ Math. 1. & Homilia de Incarnatione, Albini in Sermone de Nativit. Odilonis in Compendio Gregorii, S. Isidori Hispal. lib. 1. Sententiarum Cap. 14. S. Brunonis in Serm. de eadem Na-

tiv. Ruperti lib. 1. in Matth. ac Petri Damasi in Serm. de Virginis Nativit. & in Serm. de Annuntiatione. Itaque extream lineæ piscatoræ fibulam, cui hamus appenditur, Mariam Deiparam explicat, in quam Genealogia definit Evangelica: mox hamum, id est, verbi divinitatem carnis etia obiectam suspendunt; quam aut Christi carnem, alii Virginis afferunt, alii Virginem ipsam nuncupant. D. Petrus Cardinals in ferni. de Annunt. hæc scribit: *Christus de Libro Genealogie linea faciens; Divinitatis hamum innexuit, quem carne operuit Virginali. ut Draco magnus illeclus ad carnem, ferrum Di-
vini Numinis subsernit.* Integrum B. Damasianus his verbis punctionis instrumentum Evangelicum instruxit: nam ex Mariæ Genealogia, piscariam nevit, ac deduxit lineam; huic divinum Verbum, quasi hamum, per Incarnationem adfrinxit: hamo autem Mariam Carnem innexuit, veluti escam, qua Leviathanum delusum perimeret. S. Epiphanius in Serm. de laudibus B. Mariæ, his illum verbis salutat: *Ave gratiâ plena, hami esca, spiritalis; in te siquidem hamus Divinitas.* Et meritò quidem Epiphanius piscariam Escam, Deiparam Virginem dixit, quam Damasianus Carnem Virginalem appellant: eadem enim, auctore Augustino Serm. de Assump. & eodem Damiano de ejusdem Nativitate; eadem, inquam, est caro Virginis Matris, & Christi, qui Divinitatis hamum, ex utriusque Genealogia pendente, obduxit, quo immanis belua Leviathanus, dum Matrem, ac Filium vasto deglutire pergit hiatu, ferro transactus, & alienam escam intactam dimittere, & propriam coactus est animam infelix emovere. Sed libert Brunonem, SS. Carthusiæ Archimandritam de Genealogie Marianæ linea loquentem audire. *Hæc linea incipit ab Eva, & desinat in Mariam. In principio est mors, in fine vita consistit. Mors per Evans facta est, vita per Mariam redditæ est. Illa à Diabolo viciæ est, hæc Diabolum ligavit, & vicit.* Tam differt ille & in Piscatoria Jobi linea extrema, Deiparam agnoscit, longâ avorum Evangeliorum serie ab Eva usque, Adamoque procreatam, & ipsam afferit Tartarei ceti pescatricem, atque viætricem strenuissimam; nec fine immunitatis eximia nota, quam vel ex Evæ, & Mariæ in hac Leviathani contentione, tam accurata anthites probat voluit piissimus juxta ac sapientissimus Bruno.

486 Addam Armillæ quoque paulo fusionem descriptionem, quam affabre concinnavit Rupertus Abbas in Cap. 1. Matthæi. *Illa vero, secundum Lucam sursum ascendens, textura Genealogie prolixioris, reverâ quasi circulus extitit; ita ut nihil rectius, quam ejusdem generationis excursum putemus posse intelligi in verbis illis, que itidem ad B. Job Doninus dicit: Nunquid pones circulum in naribus ejus, aut armilla perforabis maxillam ejus? Quid enim? Nonne, cum sic incipit: Et ipse Iesu erat incipiens quasi annorum triginta, & putabatur filius Joseph, qui fuit Heli; & sic finit; qui fuit Adam, qui fuit Dei; nonne, inquam, initium & finem conjunxit, & circulum fecit?* Cum enim uno ductu linea sic flectatur, ut ejus initium, & finis conjugantur, nonne circulus, verbi gratiâ, qualis est armilla, formatur? Ecce Iesu Christus, de quo sic incipit: *Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut*

Extrema
lineæ pisca-
toria fibula
cui hamus
appenditur,
Deipara.

S. Petr.
Dam.
Hamus di-
vinitas, Ha-
mi sca Ma-
ria, quo
Dracorans
actus.

S. Brunon.

Leviathanis
nomine sy-
gius expri-
mitur hostis.

Piscatoria
linea gene-
rationem
Marie &
Christi sig-
nificat.
S. Greg.

putabatur filius Joseph, Deus & homo est; incepit autem ab homine, & in Deo duxit sui finem fecit. Nonne igitur quasi lineam, seu virgam longè subtilem, seu subtiliter longā, auream sive ferream, à Iesu Christo incepit, & in Iesum Christum reduxit, dicendo: qui fuit Adam, qui fuit Dei; cum unus idemque Iesu Christus Deus & homo sit, nec alterius plasma fuerit Adam, quam hujus Dei? Verum igitur, o Diabolo! iste est circulus, quem Dominus in naribus tuis posuit; ista est armilla, quā maxillam tuam perforavit. Junxit se initium fini, id est, Deus homini. Et ita hæc, scilicet, initium & finis occurserunt sibi in utero Virginis, ut nares tuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, & maxillam tuam voracem perforaret armilla talis, armilla honoris, & glorie, &c. Ubi, vel quando hæc initii, atque finis coniunctio facta sit, Lucas uberioris describit, & Matthæus brevius eloquitur, cùm dicit: Christi autem generatio sic erat: Cum esset despota mater Iesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Tantū Rupertus, & tam dilucidè, ut nil addendum supererit.

487 Id solum in sacro Jobi texu experderim; nempe, totum fermè Jobi vaticinum eò incumbere, ut immanem syngui illius certum obstringendum, effrenata comprimenta labra, prolixamque mendacissimam linguam adunca hamis cuspidi transfigendam prædixerit: Fune ligabis lingua ejus? Numquid pones circulum in naribus ejus? aut armilla perforabis maxillam ejus? LXX. Aut armilla terebrabis labium ejus? Septentrionalis ceti lingua, ad virginis pedes longam; vastum oris hiatum unde virginis pedes patentem, maxillas tres pedes crassas, longas verò ad duos supra virginis; oculatus teftis depingit Olaus Episcopus libro 21. Cap. 9. Cæterum longè suam longiorem produxit Tartareus Leviathanus lingua, longè prolixiores diduxit maxillas, longè immaniorum expanditoris ambitum, cùm tam prodigo illo mendacio Evam circumscrivit, ut tum Deum & mendacem blasphemarit, & invidum, qui morituros diceret, si felicissimo vescerentur pomo, quod tamen illis interdixisset; tum Adamum, atque Evam, eo vel semel gustato in Deos quidem scientissimos actutum evasuros promitteret. Jure ob tam insanum mendacium Leviathan dictus, id est, Additamentum, ut inquit Gregorius loco citato; Primo quippe homini, persuasiōne callida, divinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum, per irrisiōnem, dici potest, quibus cum hoc, quod non erant, se addere sponte, etiam hoc, quod erant, fallendo subtraxit. Merito igitur eò adludens, adjectit Dominus v. ultimo: Ecce spes ejus frustrabitur eū, & vidēnibus cunctis precipitabitur. Primū Hemerichium sic effert Theodosio: Et principi ejus mentitum est, nec enim mendacium vel ipsi, ut sperabat, succedit, vel Eve circumventæ. Itaque per novā Evam videntibus, & plaudentibus mortalibus, & immortalibus universis piaepitabitur, Hebr. 10' iuncta, deturbabitur, ejicietur, tolletur, conteretur. Fidem probavit eventus, & quidem per ancilam Domini, uti Jobus metipse adjectit.

Septentrionalis ceti lingua oris hiatus, & maxilla.

Leviathan etymologia. Si Greg.

Iob. 40. 28.

Precipitatur, & conseritur immans Leviathanus per novam Evam Marianam.

Ancilla, cui ligandus, atque illudendum traditur.

cillum Domini prædictam à Jobo intelligamus, *Leviathanus, est Deipara.*

Quæ de Christo sunt Vaticinia, solent ad Mariam referri.

persuaderet Paraphrastes Chaldaicus, qui vertit; aut ligabis eum ancillæ tuæ; τοῦτο, talithac, puellæ, affixo etiam singulari pronomine scemino, tuæ; est autem talitha, notum pueræ vocabulum Marci 5.v.41. Sed & LXX. Interpretes singulariter extuleré; aut ligabis eum puer tuo? Nimur solent docti hi fenitores, quæ de Maria sunt Vaticinia, ad Filium ejus referre; optimo scilicet consilio, quo novarent, totam Deiparæ virtutem à Filio provenire, qui communem sibi cum Matre illustrem hanc victoriæ esse voluit, de Tartaro Dracone revehendam. Quod igitur Chaldaeus interpres Ancillæ adscripsit, Græci Puer adjudicandum, merito censuerunt. Quod autem Hebraicum, & Latinum vulgatum exemplar plurative dixerunt, *Ancillas*, & plurale pro singulari, de more Scripturæ, amplificande rei, atque personæ gratiâ posuerunt, ut ex LXX. & Chaldaeo addicimus; & unam Ancillam Domini, cæteris omnibus præferendam fuisse, significarunt, eamque pro, & præ omnibus extirparunt. Ac ne tam eximiā Deiparæ laudem proprio arrogasse videar studio, acceptam refero laudato viro, Religiosissimæ familiæ illustri Patriarchæ Brunoni, qui eam in serm. de ejusdem Virginis Nativitate his verbis consignavit: Non tu; quasi dicat; Ancillis S. Bruno.

tuis eum ligabis, quem nec ipsi viri fortes ligare potuerunt. Ego tamen per unam Ancillam meam eum ligabo, & fortitudine suâ privabo. Hæc est nobilis Ancilla, de qua modò loquimur, Beatissima Virgo Maria. Hic tam superbis, & tam arrogans, tam potens, tam fortis, ab una Ancilla capiū, & illufus, & ligatus est. O Maria, inter mulieres hæc Ancilla! hac Dei mater, & superni Regis nobilissima filia, cuius humilitate quasi avis illusus est, cuius sapientia quasi latro, & vile mancipiū ligatus est. Hactenus & Brunone, & reliquis adductis Patribus, Mariæ, juxta Jobi vaticinum, ex Adamo, reliquisque clarissimis Patriarchis, Regibus, ac Duciis in pectora Jobi linea, atque armilla prolusis, & in utraque Evangelica Matthæi, & Lucæ Genealogia recensitis, procreatæ, nec sine aliqua immunitatis significatiōe, comprobavimus.

SECTIO XVII.

Immunem Virginis Matris Conceptionem, ex Evangelica Lucæ Genealogia futuram, vaticinatus est Elias.

Ad 3. Reg. 18. vers. 44. In septima autem vice, ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari, &c.

489 M agnus ille Carmeliticæ, id est, *Historia præponitur.* conditor Elias, postquam sacrâ hostiâ, coeli igne correpta, divinum Populo conciliavit Numen; in preces sese profudit vates sanctissimus, ut optatam jam diu impetraret pluviam, qua terras plusquam triennali siccitate steriles fecundaret. Jubet interim discipulum intentum spectare, si qua tandem ex maris regione venti, nubis, aquæ promicuisset speula. Decem, à Seunione, sive uti ali promunt, Semino, Eliæ facello, ubi in preces se dedecrat, ad Carmeli fastigium, gradus subeundi fuisse, unde liberior esset maris prospectus. Hos

cum,

cum, ex Doctoris precantis imperio, octies recoluisset discipulus, exiguum tandem ab imo mari sublimen sese efferentem, nunciat nubeculam, humano parem velligio. Advolat à precipibus lætissimus vates, Regemque præstolantem urget, ut nisi ingenti velleret præoccupari pluviam, quam nubecula inverberet, matræ sese fugâ in Regiam subducat. Diutum factum. Dum currus instruatio preparatur, totum undique nubibus obducitur cœlum, tota undeqaque terra largissimis inundatur pluviis. Quæ inde divini cultus argumenta Ifraclitis extiterint, non est nostri instituti, universalis commentando persequi, unum illud fedulo disquirimus, utrumne aliquod nobis ab Elia documentum suppetat, quo Deiparæ generationem & conceptionem, & quidem immunem, ab Evangelisticis proavis, Adamo scilicet, Noë, Abrahamo, Davide, Salomon, & posteris derivemus.

490 Lucas Evangelista Cap. 3. à v. 23. Progenitores Christi & Matris ejus Mariæ, omnino LXXVII. percensuit. Hunc porro generationum censum, divina providentia consultum, ac disquisitum Patres existimat, ut apto significaret hieroglyphico futurum, eo etiam numero expleto, ut Virgo Mater progigneretur, quæ Deum-hominem ederet. Quod enim LXXII. cecinat tantum Prudentius in Apothœsi adversus Phantasmaticos, error memorie fuit. Quæ alii Patres in hunc numerum sapienter comminiscuntur, posteā indicabo, quam Joannis Hierosolymitani Patriarchæ sententiam exposero, ex Carmelitarum veterissima traditione haultam, discipulorum utique, ac successorum Eliae.

491 Hæc LXXVII. generations, decem Carmeli gradibus, octies fermè ab Elia Discipulo conscente repetitis, adumbratas fuisse; Nubeculam verò tandem prospexit, qua cœlesti pluvia Palestinam perfudit, umbram fuisse Deiparæ, Divinum Mundo Verbum affundens, his verbis tradit Joannes Patriarcha in Libro de Institutione Monachorum c. 33. Ab eo loco Carmeli montis, unde puer ascendebat, usque ad summitatem montis, unde poterat mare prospici, erant decē gradus: quos cum puer semel ascensens, prospexit contra mare, mandavit illi Elias, ut iteru aliis septē vicibus eosde gradus revertens contra mare prospiceret, & in septima vice reversionis vidit puer nubeculam illam, quasi vestigium hominis de mari ascendentem in Carmelum, &c. Quero: Quid fuit, puerum Elias semel per decē gradus ascendere ad prospiciendū contra mare, & tunc ei nihil apparere? Certè hoc nihil aliud fuit, nisi quod puer, id est, cœtus Discipulorum Eliæ contéplando ascendit per illas decem generationes humanas, à Luca in Genealogia Christi positas, quæ fuerunt ante diluvium, ab Adam usque ad Noë, in prima mundi ætate, & per eas discurrendo totum tempus, quod fuit à Noë usque ad Adam, puer prospexit, si forte eo tempore Nubecula, id est, Infantula aliqua (Mariam explicat) esset nata contra mare, id est, contra solitam amaritudinē in vitiosis paginae naturæ humanae. Et quia Nubecula illa non fuit à puer visa in illa prima ætate mudi, ideo puer dicit: Non est quidquam. Præcepto tamen Eliæ redire iterum puer sepius per decē gradus ad prospiciendum contra mare, & in primis sex vicibus nihil illi apparuit. Hoc autem, scilicet, quod puer, id est, cœtus Discipulorum

In nubecula immunitas Deiparæ signata.

Joan. Jeron.

Iuvat similis Genes. loc. 24.

494 Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuages septies. Ubi LXXVII. numerum, ad totidem generationes, in qua rum ultima Christus Lamech, id est, humani generis, flagitia esset deleturus, referunt S. Hieronymus in Epistola 125. ad Damafum Quæst. 1. ex Orig. lib. 12. & 13. in Genesim, S. August. Serm. 15. de Verbis Domini, Nicolaus Papa in Epistola ad Regem Lotharium, & refertur in Canone XIX. An non 24. Quæst. 3. Julianus lib. 3. contra Judæos, Beda in Cap. 4. Genesim, & in 3. Lucæ, Albinus in Quæstionibus in Genesim Porro n. LXXVII. arcana symbola diligenter explorant S. Augustinus lib. 2. Quæstionum Evangelicarum Cap. 6. & lib. 2. de Consensu Evangelistarum cap. 4. & V. Bedæ in 4. Caput Lucæ. Qua igitur hi Patres religiosa in divinam Scripturam observantia, in LXXVII. Lamechi numero totidem ab orbe condito usque ad Christum Redemptorem generationes commentati sunt;